

varia sunt opi. recitabo principales. Spec. in titu. de iura. dela. §. i. ver. ut autem dicit tam in criminalibus, quam in ciuilibus famosus iuramentum necessarium non esse a iudice deferendum in supplementum probationis, quia in istis requiruntur probationes luce clariores. l. sciant cū cū. C. de proba. 2. quæstio. 8. cap. sciant. Sed iuramentum a parte parti deferri potest, etiam si sit talis causa, in qua non possit transigi, quia in delatione iuramenti non videtur confiteri, sicut in transactione, sed potius negare. Secunda est opi. Accur. in l. in bonæ fidei, C. eo. qui, ut refert Io. And. hic, tenet quod deferri potest. Mihi tamen non videtur, quod hoc teneat, nisi forte tacite dādo responsum ad l. maritus. ff. de quæst. Sed ipsemet Accur. in l. maritus, simpliciter tenet in criminalibus iuramentum non deferri, sed in l. 3. §. quacunque, ff. eo. tenet distinctionem, quam supra dixi tenere, Spec. ut a parte possit deferri, sed a iudice non. Tertia opi. distinguit, an agatur criminaliter, an pecunialiter, ut primo casu non deferatur, secundo sic. Pro ultimo facit, ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. hac lege. Sed contra hoc vltimum apertissime tenet glo. in cap. tam literis. supra de testi. vbi per illum tex. dicit, qd vbi agitur de crimine etiam ciuilitate non deferatur iuramentum in supplementum probationis, sed si reus esset infamatus deberet se purgare. Quasi velit dicere, quod iuramentum purgationis possit reo deferri ad purgandam præsumptionem contra eum ortam ex probatione actoris non plena, quod quidam plenus tenuerunt hic per cap. 2. de iuram. calum. & infra de purga. can. per totum, & C. de pœna iudic. qui male iudic. in authen. nouo iure. Quarta est opi. Hostien. hic, & supra eo. cap. mulieri, dicentis in omni causa iuramentum deferri, in reali, personali, pœnali, vel ciuili, etiam si agatur de conditione, vel iniuria personæ, vel an mulier sit prægnas, vel an debeat fieri missio in poss. vel non, vel alia quacunque causa. d. l. 3. & l. iusiurandum & ad pecunias, ff. eo. Quinta est opi. do. Anto. hic, qui primo prosequitur in criminalibus, secundo in famosis. In primo dicit voluntarium & iudiciale posse deferri, etiam si deferatur actori, quia reus deferens videtur confiteri, si ille iuret. Et per illam distinctionem, Etiam, sentire videtur, quod etiam reo potest per actorem deferri, necessarium autem, si agitur de crimine ciuilitate, deferri potest, vbi causa est leuis. Quando autem dicitur leuis, patebit ex his, quæ dicā infra in §. sanè. Idem, secundum eum, si agitur criminaliter, & pecunialiter. Si vero agatur criminaliter, & non pecunialiter, potest deferri reo, contra quem est semiplene probatum, & appellatur sacramentum, & in authen. nouo iure, C. de pœna iudic. q. male iudic. Et hoc verum, vbi actor semiplene probauit, si autem plene, reus semiplene defensionem, putat iuramentum non deferendum etiam reo, quia esset iuramentum non purgationis, sed probationis: Actor autem non deferatur necessarium in defectum semiplene probationis, tum quia causa est ardua, tum quia requiruntur probationes luce clariores, & hoc dicit Butr. In secundis autē, scilicet famosis, a dicit sacramentum necessarium non deferri, quia est ardua, & probationes requiruntur luce clariores, & sic transit. Sed ego reperio Bartol. hanc ipsam questionem tetigisse in d. l. §. quacunque, & l. cum qui. §. in popularibus, ff. eo. & plenius, quam alibi, in l. maritus, ff. de quæstio. vbi ponit vltra prædicta suam opinionem, quæ erit sexta in ordine prædictarum. Dicit enim quod aut agitur de crimine ciuilitate, aut criminaliter. Primo casu, si quidem est actio priuata, locus est delationi iuramenti, alleg. dictā l. 3. & l. duo patroni. §. Iulianus, ff. eo. Si vero agatur actione populari remittit ad no. in d. l. eum qui. §. in popularibus, & ibi plene per eum. Secundo casu cum agitur criminaliter, aut loquimur de iuramento deferendo a parte, aut de iuramento deferendo a iudice. Primo casu, si quidem accusatur de aliquo iudicio publico, non est locus delationi iuramenti ante lit. contestata. quia negotium ad hoc non est proprium ipsius accusantis, ut l. si cui. ff. de verborum significatio. Idem dicit post litem contestata. Ratio secundum eum est, quia si reus in lit. contestata fuerat confessus, non potest sibi deferri iuramentum ad absolutionem, quia esset actor in manifesta calumnia. d. l. eum qui. §. in popularibus. Si autem negauerat, est verisimile, quod iterum negabit, ut l. si cui, ff. de accu. ideo deferendo sibi iuramentum, videtur calumniari. Præterea in iudicio publico quis videtur nomine publico accusare, & crimine pu-

blicum agere. Sed ille, qui agit causam alienam, non potest deferre iusiurandum, nisi ei specialiter sit mandatum, ut in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. si & l. tutor, ff. eo. & c. qui ad agendum, de procu. lib. 6. Præterea, secundum eum, si quis posset reo deferre iuramentum, tota materia Turpilliani esset destructa, quia daretur licentia accusatori deferendi iuramentum reo & desistendi impune, quod tamen fieri non potest sine abolitione. Et hoc vltimum videtur etiam sentire Cyn. in l. in bonæ fidei, C. eo. alleg. in argumen. l. si. C. de abolitio. Et idem quod supra dixi, ut actor non possit deferre reo, sentit Barto. in d. l. eum qui, §. in popularibus, si agitur de alio crimine ad vtilitatem fisci eisdem rationibus. An autem reus possit deferre actori ad condemnationem, ut quia dicit, Volo esse condemnatus, si actor iurabit, sunt opinioniones inter Gulielmum de Cu. qui tenuit, quod non, quia in criminalibus debent esse probationes luce clariores. d. l. sciant cuncti, & Iaco. Butr. qui tenuit contrarium, quia qui deferit iuramentum, videtur confiteri sub conditione, si ille iurauerit. l. qui iurasse, circa finem, ff. eo. Sed confessio est probatio luce clariores, & hoc dictum placet Barto. Hoc etiam tenet Cyn. d. l. in bonæ fidei. Si vero sumus in iudicio priuatis, tunc antequam perueniatur ad iudicium, potest quis iuramentum deferre, ut d. l. 3. ff. eo. ibi, [Siue pœnali, & c.] & argum. l. iuramentum. §. si paciscar. ff. de pact. Sed postquam deuentum est ad iudicium, accusator non potest desistere, ut l. & in priuatis, & l. si quis repetere. §. fin. ff. ad Tupil. Vnde dicit idem, quod in publicis. Si vero quæritur de iuramento, quod deferatur a iudice in defectum probationis, tunc reo ad absolutionem bene potest deferri, ut in l. præfenti, C. de his, qui ad eccle. confugiunt, & dicitur iuramentum purgationis. Actori vero ad condemnationem non potest deferri, quia requiruntur probationes luce clariores. d. l. sciant cuncti, & in hoc membro intelligitur glo. in d. l. maritus. Hoc vltimum videtur etiam tenere Cyn. in d. l. in bonæ fidei. Mihi placet opi. Barto. præter quam in aliquibus. Primo enim sentit, quod si agitur de crimine ciuilitate, indistincte est locus iuramento iudiciali & necessario, quod mihi videtur durum. Quid enim si actio est famosa, ut iniuriarum? dicemus ne, quod iudex possit deferre iuramentum actori in supplementum probationis cum tanto discrimine rei? vel quid si non est famosa, sed alias magna & multum præiudicialis? certe non est dicendum, nec credo, quod aliter sensisset Barto. si diligenter aduertisset. Nam & in mera ciuili habetur hæc consideratio, ut infra §. proxi. Sed procedit eius opi. quando causa est multum præiudicialis, alias secus. Sic concordabimus gl. in d. c. tam literis, cum opi. sua & aliorum. Hoc etiam videtur in d. c. tam literis, sentire Host. dum limitat illam glo. nisi ageretur ciuilitate ad pecunie cōdemnationem, quasi secus, si immineret aliud personale præiudicium, puta infamia. Dico etiam, quod respectu cōdemnationis pecuniarie debet fieri distinctio præmissa, & non illam opi. Hostien. Nam hic

ADDITIONES.

a In causis famosis non deferatur iuramentum necessarium. Adde quod idem tenet hic Ioan. And. & Imo. in 3. colum. & Spec. in titu. de iura. dela. in prin. ver. ut autem, cum uerf. le. Salic. in l. in bonæ fidei in 7. colum. C. eo. Salic. & Ludo. Roma. in consi. 33. in l. ad monendi, ff. eo. & do. Alexan. Imo. in l. 3. in prin. ff. eo. in 8. colum. Limita tamen, ut not. in cap. mulieri. supra eo. in pen. col. in addi. quæ incipit, & ita.

b Idem tenet ipsemet Abb. Panor. in cap. fin. in 1. no. ad fi. supra quod me. cau. Nam dicitur ibi, & in l. si quando, C. unde ui, quod uolentia debet plene probari, etiam si ciuilitate agatur ad dānum, uel interesse. Dicit ibi Panor. quod ubi ageretur de modico, aut leui præiudicio, si uolentia esset semiplene probata per unum testem, possit deferri iuramentum in supplementum probationis. Idem tenet do. Anto. de Butr. hic in 9. colum. Et quod immo in causa criminali, etiam ciuilitate mota, ante sit locus huic iuramento necessario, ultra glo. solennem, quæ adducit hic etiam iste, & dom. Anto. ibi. supra de testi. idem tenet Pet. de Ancha. in c. 1. in 3. no. de test. in 6. Limita tamen ex mente istius in cap. mulieri, supra eo. in pen. col. uer. quid enim si actor, & c. & ibidem notauit.

ANT. FRAN. ¶ Circa probationem uolentia, dicas illam posse probari per instrumentum, secundum Ioan. And. in cap. cum ad sedem, de testi. spo. Quod intellige uerū, si instrum. sit confessio de uoluntate utriusque partis, alias non, ut per Ioan. And. in reg. ratū de reg. iur. lib. 6. & per Alex. in l. senatus, in prin. ff. ad Turpill. Et an præsumatur ex dignitate & potentia alicuius, uide Bar. in l. ad inuidiam, & ibi etiam per Alexan. C. quod met. causa & in l. si donationis, eo. ritu. Et adde quod uolentia probata per duos testes præualet uoluntati probata, etiam per multos testes, ut per Innoc. in ca. super hoc, supra de renun. & Bald. in l. nec quicquam in §. proficisci, de off. procon. & lega. & Bald. in tra. c. schi. in 8. colum.